 dūt q̄ conditori oīum sine t̄p̄e prouident.

**R** **P**ropterea propheta rerum futurarum gesta presentibus  
 unisecet rebus: ut ita credantur illa futura. quomodo  
 dum illa cernuntur esse completa. Olore enim  
 suo per presentia de futuris loquitur: sic in persona  
 ihrlm de ecclesia. Et sic in persona etiam  
 de hereticis. Pro factis diuinis plerumque et  
 dea ponuntur. idcirco quod non operante manu  
 deo. sed dicendi impio operante. sic scriptum est. Di  
 vit et facta sunt: mandauit et creata sunt.

**L** **Q**uod in scriptis sacris una bis repetitur senten  
 tia: aut confirmationis causa est. aut mysterij.  
 sic lex et gratia: sic inuicem et profectio. sic bonum et uine

**R** **L**ex diuina in tribus distinguitur partibus: scilicet  
 idest in historia in preceptis. et in propheta. Historia  
 est. in his que gesta sunt. Precepta. in his que iussa  
 sunt. Prophecia in his que futura pronuntiata sunt.

**L** **L**ex diuina triplici sentienda est in. primo  
 ut historice. scilicet ut tropologice: tercio ut  
 mystice intelligatur. Historie namque iuxta lit  
 teram. Tropologice iuxta moralem scienciam.  
 Mystice iuxta spiritalem intelligentiam. Ergo sic  
 historice oportet fide tenere: ut eam mora

littere debeantur interpretari. et specialiter intelligere.

**R** **T**ria et septem decem precepta sunt. Sed tria ad amorem dei pertinent. ad homines. Illa tria quae ad deum pertinent. in una tabula scripta fuerunt. Reliqua septem in secunda tabula. In prima tabula trium mandatorum. hoc primum est. Diliges dominum deum tuum. In secunda honora patrem tuum et matrem. Hinc est quod et saluator scribe in togata ait. Quod preceptum est primum in lege. Audi israel. deus deus tuus. deus unus est. Hoc primum est. Secundum uero simile huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Unum namque preceptum de prima tabula dixit. quod ad deum pertinet amorem. Alterum uero de alia tabula. quod ad homines pertinet dilectionem. **De vii. 12**

**S**eptem esse inter cetera **gula legis.**  
regulas locutionum sanctarum scripturarum.  
quidam sapienter dixerunt.

**R** **P**rima regula est de deo et eius corpore.  
que de uno aut ad unum loquitur. atque in  
una persona modo caput in corpore ostendit.  
sicut ysaïas ait. Induit me uestimento la



lutar: q̄i sponsum decoratū corona ⁊ q̄i  
 sponsam ornata mōnilib; suis. In una ei  
 plona duplici uocabulo noīata ⁊ capud  
 idest sponsū ⁊ eccliam idest sponsam man  
 ifestauit. Proinde notandū in scriptis. q̄ndo sp  
 ecialit̄ capud describit̄: q̄ndo ⁊ capud ⁊ corpus.  
 aut q̄ndo ex utq; transeat ad utriq; aut ab  
 altero ad alterum. Sicq; quid capiti. qd corp  
 ori conueiat: prudens lector intelligat.

**K** Sacra regula ē de domini corpore uero ⁊ per  
 mixto. Nam uident̄ quedā unus uenire plone.  
 q̄ tū nō fieri unus ut ē illd. Puer meus es tu  
 ilit. ecce deleui ut uiuē iniquitates tuas; et  
 sic nebulam p̄ca tua. Conuertere ad me ⁊  
 redimā te: had unus nō congruit. Nam  
 altera pars ē cui p̄ca deleuit. ⁊ cui dicit in  
 es tu: ⁊ alia cui dicit. uertere ad me ⁊ redi  
 mā te. Qui si uertat̄: p̄ca eoz deleuit. Per  
 hanc ei regula sic ad oīs loquit̄ scriptura:  
 ut ⁊ boni redarguat̄ cū mal. ⁊ mali laudent̄  
 pro bonis. Sz quid ad quē ptineat: qui pru  
 dent̄ legit discit.

**R** Tercia regula ē de litā et spū: idest de lege  
 et grā. Lege p quā pcepta faciēda admo  
 nem. Grā. p quā ut opem unam. ul qd lex  
 nō tm istorice: s etā spālī sentienda sit. Nā  
 et istorice oportet fidem tenere: et spālī legē

**R** Quarta regula ē de spē et grā: idest de  
 p quā pars p toto et totū p parte accipitur:  
 uelut si unū geni ul ciuitati loquat̄ deus:  
 et tm intelligat̄ oīem gēte mundū. sic  
 in psalms. Et adorabit in quid eū filie thuri  
 in muneribz. filie thuri. filie gētiū atq̄  
 ad gēns. Per thurū enim uiciniū. tūc hinc  
 tūc ubi pphā erat: significabat oīs grīs cre  
 dituras xpō. Unde et bñe sequit̄. Hultū tuū  
 deprecabit̄ oīs diuites tūc. Sic et p ysaiam p  
 phām dū ad uersū assiriū dīs commet̄ dices.  
 Contra assiriū i tūa mea. et i montibz meis  
 conuulcē eū. et erit babilon illa gloriola in  
 regnis i elta: sic subit̄ deus sodomam et  
 gomozā. Tamē dū oīa eam loquit̄. trā  
 sit ad gēns de spē. et uertit̄ generalit̄ oīa  
 totū mundū sermonē. Hoc consiliū quod

cogitavi sup omnem terram. & hec e manq exteta  
 sup uniuersas gentes. Item du sub psonam  
 babilonie argueret uniuersum mundu dicens.  
 Ut si disperdam inq omnem terram. & uisitabo  
 sup urbes mala. & ceta q sequunt ad itermedes  
 mundi puenientia. Kurso ad eandem q de genere  
 ad spem reuertit dicens. q eide ciuitati specta  
 lit contingere: ecce ego suscitabo sup eos medos.  
 Nam regnante baltasar a medis obtenta est  
 babilonia. Sic et i ong egypti ex psona eide  
 totu uult intelligere mundu dicendo. Et con  
 currere facia egyptios aduerso egyptios. reg  
 nu aduerso regnu: cu egypto no multa re  
 gna. s unu habuisse scribit regnum.  
**K** Quinta regula e de tpris. p qua aut maior  
 tpris p ptem minore. Aut pars minor tpris  
 p partem maior inducit. sic e de triduo dnce  
 sepulture: du nec tribz plenis diebz ac noc  
 tibz iacuerit in sepulcro. s tunc a parte  
 totum triduu accipit. It pars atoto. sicut  
 illud qd quadringentis ams pdixerat deus  
 filios isrl in egypto seruuturos nec tm qua

dringētos seruerūt. qz dūante ioseph do  
 minati sūt. It̄ atoto pars ut ē illud. Et erūt  
 dies uite hōis annū centū uiginti. dū tānī  
 centū usq; ad diluuiū in uelūt ex quo hec  
 ad nō statuta sūt. Vbi iterū a parte totū sub  
 iungit. qz nō statim pō q̄dringētos annos  
 egressi sūt ut fuerat repmissū: s; quadrige  
 ntis triginta p̄actis ab egipto recesserūt.  
 Ad hanc t̄p̄z regulā p̄tinet et illa q̄ dū ad  
 huc fut̄a sūt q̄ iam gesta narrant: ut est  
 illud. Foderūt manus meas et pedes meos: dimi  
 merunt om̄ia ossa mea. et diuulerūt libi uestim  
 enta mea. At his similia in quib; q̄ ad huc faciē  
 nda erant. iam facta narrant. S; q̄ndo aliq̄d fa  
 ciendū ēē p̄uiciat. sedm̄ nos d̄z: q̄ndo uero  
 q̄ fut̄a sūt. iam facta d̄z. sedm̄ dei et̄nitate  
 acapicienda sūt: qz q̄ nobis ad huc fut̄a sūt  
 apud dei p̄destinatōem iam facta sūt. apud qm̄  
 om̄ia facta sūt que fut̄a sūt.

**R**egula est. de recapitulatōe. Recapitu  
 lacō enim ē. dū scriptā redit ad illud cuius  
 narratō iam transierat. sic cū filios. filioz

et de scripta commemorasset dixit illos fuisse  
 in linguis et gentibus suis. et tunc postea qua  
 si hoc etiam in ordine temporis sequeret. Et erat in  
 quid ois terra labium unum: et uox una omnibus  
 erat. Quomodo ergo secundum suas gentes. et secundum  
 suas linguas erant. si una lingua erat omnibus.  
 nisi quod ad illud quod iam nuntiaret. recapitu  
 tulando est reuersa narratio.

**K** Septima regula est de diabolo et eius corpore:  
 qua sepe dicuntur ipsi capiti quod suo magis quam  
 ueniunt corpori. Sepe uero eis uidentur  
 dicta membrorum: et non nisi capiti congruit.  
 Ex nomine quippe corporis intelligitur caput: ut  
 est illud in euangelio de zizaneis tritico ad mi  
 xtas dicente domino. inimicus homo hoc fecit. Hominem  
 ipsum diabolum uocatis. et ex nomine corporis caput  
 designatis. Item ex nomine capitis significatur cor  
 pus: sic in euangelio dicit. Duodecim uos e  
 legi: sed unus ex uobis diabolus est. Judam utique  
 in dicens: quod diaboli corpus fuit. Apostata  
 quippe angelus omnium iniquorum est caput. et  
 huius capitis corpus sunt omnes iniqui. Sicque

cum membris suis unitus est ut sepe quod corpori  
eius dicitur: ad eum potius referat. Rursus quod illi ad me  
mbris iterum ipsius dicitur. *De Simbolo et oratione.*

**Q**uidam ideo non recipiunt unitus testamentum  
pro quod aliud in tempore primo. aliud agitur  
in nouo. Non in intelligentes quod deus quod cuique  
grauerit tempore: magna quadam distributione con  
cesserit. sic in lege imperat iurarias. In euan  
gelio iunguntur in lege oculum pro oculo aut  
erri: in euanglio aliam prebere penitentiam  
maxillam. sed illa pro tempore fragili populo. illa ue  
ro perfecto. Vtrique tamen pro tempore sua quod ouerien  
tia comodis. et tamen pro illa mutacione non est cre  
dendum. deus immutabilis. sed potius inde admirabi  
lis predicandum est: quia manens immutabilis. Quid  
cuique ut diximus tempore comodum fuit: magna  
cum distributione concessit.

**S**ub ueteri testamento minoris culpe erant  
peccata: quia in eo non ipsa ueritas. sed umbra uer  
tatis aderat. Nam in testamento nouo. preceptis  
altioribus manifesta facta que in illo populo um  
bre ueritatis deseruierant. deserenda nobis per

capunt. In illo enim fornicatio et retributio in  
iurie pmissa sunt ut nocebat. In testamento  
autem nono graui adiudicatione capiunt si  
admittant. *De simbolo et oratione.*

**A**Idem symboli et diuina oratio pro tota lege  
pauca ecclesie: ad celorum regna sufficit ca  
pescenda. Omnis enim latitudo scripturarum: in  
eade oratione diuina et symboli breuitate occludit.  
Hinc et propheta ysaias dicit. Ad breuiationem  
audium ad domino deo exercituum. Super uniuersam  
terram. Attendite et audite. eloquium meum.  
Sed hec abbreviatio ad illud intelligitur quod dominus di  
cit omnem legem et prophetas in duobus preceptis  
dilectionis dei et proximi pendere. aut propter  
ipsam orationem diuinam uel symboli breuitatem  
in quibus ut predictum est: omnem scriptura  
rum coartari tenuis latitudines. *De libro*

*et oratione.*  
**S**olam ecclesiam catholicam hinc *et oratione.*  
baptismi ad salutem. zacharias propheta  
testatur. In quid in die illa erit fons patris  
domini dei. et habitibus in iherosolimam in ablutione  
peccatorum et inestinate. Domus que dei et iherosolimam

tm xpi ecclia e: in qua manet fons in  
 ablucōe pccōz. Herenci aut id solū imagi  
 naria ostentacōe faciūt: ideoq; ill baptisimū  
 nō ad remissionē pccōz: sed ad supplicij testi  
 monium dat.

lv **P**ro solo originali reatu. monium dat.  
 lumit i in ferno imp nati in fentuli penas; si  
 renouati nō fuerint planctū. Pro idē cū cū  
 imp nati dapiat in fatis si nō regnātur.  
 q; originis noxietate puniunt.

lv **Q**ue puni pccū originale carentes p bap  
 tismū nec dū pccū habentes delictum  
 abestis peniq; ceteris lamant. Hec g causa  
 ē. Baptisimū ei aperta eterna nō apsentis  
 uite supplicio libat: qd si aperta plemi hoies  
 libarent p baptisimū: ipm putarent baptisimū  
 pmiū: nō illud etnū. Ergo soluto remi pccā.  
 manet tm quedā tpealis pena: ut illa uite  
 feruentis requirit q̄ent apentis omnib; ali  
 ena. Nulls negat fidelū eti pō. b̄m quo  
 pccā delent: conditō quā dū i alto scōo limo,  
 ad deum nos delere oit. Qd quāuis sine  
 m̄missionē sit conditō agendū: nūq; tm



fecisse aliquid sufficiat.

**K** **Q**ui in matris utero sunt. ideo cum matre baptizari non possunt. quia qui natus ad hunc seculum a dam non est. renasci secundum christum non potest. Neque ei dici regnatio in eum poterit: quia generatio non precessit.

**K** **Q**ui intra ecclesiam non ex dignitate ecclesie vivunt: sed fidem quam verbo tenent. operibus destruant. De ipsis ergo legitur. multiplicati sunt super numerum: ut sub audias in regno predestinati

**K** **Q**ui scelerate vivunt in ecclesia. et conione natoz. non desinunt. putantes se tali conione mundari: discant nichil ad emundationem proficere sibi. dicente propheta. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa: Et unquam carnes sancte auferent a te malicias tuas. Et apostolus. Probet se inquit homo a sic de pane illo edat et de calice bibat. **De martino.**

**D**ei seruis ad utilitatem ulla non frangitur: si pro veritatis defensione ultro se certaminum offert: nec unquam pietate diffidit.

**K** **S**epe ex discipulis ad martinum eliguntur qui

suos doctores ad coronam p̄cedit: et qui sunt  
ordie postremi. fiunt nō nunq̄ i et̄nne p̄m

**R** **V**ir sc̄us ultro se i agone p̄t̄t̄nne nō debz  
offerre iusticie. S; tñ agons fructū videns  
uberrimū: nō debet declinare laboris piculū.  
Quod si maior ē labor quā aiāz lucrum: de  
clinand; ē labor. qd̄ minimū comittat̄ aug  
mentū. Vtrūq; ei fecit apl̄s. qm̄ et picul̄ se  
ultro dedit ubi maximū lucrū vidit, et sapi  
ent̄ se piculū abstulit: in quo potiorē laborē  
quā lucrū eē p̄p̄xit.

**R** **U**ltro se paulo apud ephesū piculis obtulit:  
qz potiorē piculo lucrū vidit. Damasco at̄  
ideo apiculo subtraie semetip̄m: qz nullum  
piculi ip̄is arbitrat; est fructū.

**R** **D**isce qm̄ ad martiriū se offerat quisq; ult̄:  
uel quom̄ iuxta sententiā dei cingat̄ ab alio  
et quo nō ult̄ ip̄e ducat̄. nisi qd̄ et p̄t̄ gl̄iam  
futurā de certamine iust; gaudet. et p̄t̄  
passionis iolenciā refugit subire qd̄ dolet.

**R** **A**ccipe exemplū adveniendi sub trepidacōne  
uir; de usu bellandi. in quo exercit; quisq;

in plio et p̄ audiamā certam adgredit̄ et p̄  
more cūctacōe mouet̄

Tem̄ accipe exemplū mirū de repacōe hūa  
in corporis ad salutē. dū quisq; et de spe  
repacōis gaudet: et de incisionib; seu a  
marillimis poculis meret.

**K** Et si aplis uirtus data ē signoz p̄t̄ fidem  
gentiū nutriendā: ecclie tñ data ē uirtus  
opū p̄t̄ eandem fidē ornandā. et tñ in ip̄s  
ap̄lis pl̄o erat mirabil̄ uirtus opū. quam  
uirtus signoz; ita nūc et ecclia pl̄o ē bene  
uiuere: quā signa facere.

**K** Qd̄ nūc ecclia nō ea miracula faciat. q̄lib;  
ap̄lis faciebat. ea causa ē: q̄ tñ oportebat  
mundū miracul̄ credere. nūc uero iam cre  
dentē oportet bonis opib; coruscare. Nam  
ideo tñc signa fiebat ext̄is ut int̄ia fides  
roboret̄. Nam enī in fide miracula quāq;  
requit̄: uania gl̄iam ut laudetur querit. Sc  
riptū est enim. Lingue ī signū sūt: nō fide  
lib; s; in fidelib;. Et eccl̄ signū nō ē fidelib; ne  
cessariū qui iam crediderunt: s; in fidelib;

ut uertat. Nam paulus pro nō credentiū ī  
fidelitate: p̄rēm publicis de infirmitate febrū  
um. uirtutibus curat. In firmitate uero thū  
moteū fidelem: nō oracōne s; medicinalit̄ rē  
perat ut noneris miraculū pro incredulis  
nō pro fidelibus fieri.

**K** Ante quā antixps appareat: uirtutes ab  
ecclia et signa cessabūt: quatenus eam q̄  
abiectionē p̄sequat̄ audacia.

**K** Ob hanc utilitatē cessabūt sub antixpo ab ecle  
sia miraculā et uirtutes. ut p̄ hoc et sanctorū  
clareat paciencia et repborū qui scandaliza  
bunt leuitas ostendat. et p̄sequentiū audi  
cia fortior efficiat. *De Antixpo et eius signis.*

**O**mnis qui latīn xpiane p̄fessionis non  
uult aut aliter docet: antixps est. Ple  
riq; aut antixpi t̄p̄ra non uisui sūt. et t̄m ī  
membris antixpi inueniendi sūt.

**K** Ante quā antixps. multa eis membra p̄cesse  
runt. et p̄t̄ne actōnis uisio. capud p̄p̄riū p̄e  
uenerūt: latīn aplī sentēciam. Quia iam  
iniquitatis multētū op̄m illū affirmat. etiā

ante q̄ reueletur.

**M**agnitudo signorum faciet sub antixio: ut electi si si fieri potest in errore mittant. Sed si electi. et quom̄ sūt in errore mittēdi. Ergo ibit̄ i errore tribatōnis ad modicū pro mul tudine pdigior. nō t̄m deiciendi sūt altabi litate sua: t̄m in pulsu adq; signor. Unde et ideo ponit̄ si fieri pot̄: qz electi pure nō possūt Sz cito resipientes: cordis errore religione exercebunt. Sciens predictū a dño eē: ut dum hoc fecerit aduersarij: nō turbēt̄ sancta.

**K** **T**am mira factum est pdigia et signa dum uenit antixis: ut etiā electis quidā cordis gi gnant scrupulū. Quod tam cito exuberet in illis ratio p̄ quā sciunt et in deceptōe repr oboz et electoz probatōne eadem fieri signa: in quo t̄p̄e p̄ pacienciā gl̄iosi erūt sc̄i nō p̄ miracu la. sicut m̄res fuerūt priores. a. Proinde et duris bellū sustinebūt qz nō solū oīa p̄sequi tes: s; etiā oīa miraculis coruscantes dimi cuturi sūt. b. Illi enim et p̄secutores susti nebūt. et facientes prodigia.

grauis sub.

- R** **G**rauis sub antiq̄ t̄poribus. extra ecclesiam  
deseruet sinagoga. quā in ip̄o aduentu sa-  
luatoris: xp̄ianos esse p̄secuta.
- R** **D**um ī m̄res diabolo exercuerit magnam  
crudelitatem etiā ligatus. crudelior t̄m̄ pl̄s erit  
sub antiq̄ t̄poribus: quādo etiā erit solutus. Ham-  
si tanta ligatus facere potuit quāta solutus faciet.
- R** **Q**uanto p̄pinquius finē m̄udi diabolo uidet.  
tanto crudelius p̄secutiōes exercet. H̄t q̄ se cō-  
tinuo dampnādū aspiciet: socios sibi m̄ultiplicet  
cū quibus geheme ignibus addicatur.
- R** **Q**uanto breue temp̄s uidet sibi restare diab-  
olo ut dampnet. tanto in magna p̄secutiōis ira  
mouet. diuina iusticia p̄mittente: ut gl̄ifi-  
cent̄ iusti. sord̄ idem̄ unq̄. et ut diabolo du-  
rior crescat dampnatiōis sententia. *De rione.*
- H**ereditas pacis sc̄oz ē in hac uita: nō p̄fectio.  
Tunc aut̄ erit plenitudo pacis: dū ad dei  
cōtemplatiōē absorpta c̄nis ī firmitate qualuerit.
- R** **R**esurrectiō mortuoz ut ap̄s ait. In uirum  
p̄fectū in mensurā etatis plenitudinis xp̄i  
factura est in etate sc̄ilicet iuuentutis: que

perfecto nō indiget. & absq; i climatōe defecto. In  
 persecutiōe ex utraq; parte. & plena ē et robusta.

**K** Quāuis nūc filioꝝ dei noīe oꝝ fideles uoce  
 nūc. tū ex eo qđ hāc seruitūe corruptōis pas  
 ciunt. ad huc iugo seruitutis adducti sūt ac  
 cepti plena filioꝝ dei libertatē. dū corruptibi  
 le hoc iduerit in corrupciōnem.

**K** Nunc deꝝ p̄speculū agnoscent. i. fūto aut q̄sq;  
 electoꝝ facie ad facie p̄sentabz. ut ip̄am facie  
 contemplet. quā nūc p̄speculū uidere conat̄.

**K** In hac uita electoꝝ nūo ad dextrā p̄tineant  
 et reproboꝝ qui ad sinistra ituri sūt eccliam  
 dei impleri. In fine aut sc̄i. & impii a firm  
 ento disiungi. **De iudicio.**

**I**udicij die nouit x̄ps. & in euāglio dicere se  
 scire. discipuli noluit. Nam dū dicit idē dñs  
 p̄pham dies ultionis in corde meo. i. dicunt  
 se non uelare. sed nolle iudicare.

**K** De domo dñi sic scriptū ē. incipiet iudiciū  
 quādo electi idest domoꝝ dei hic p̄ fallā iudica  
 nt̄ impij uero illic ad dāpnatōem iudicandi  
 sūt. Unde et sequit̄. Si at̄ p̄mū a nob. quis

finis eorum qui non crediderunt.

**A**d districti examen iudicis nec iusticia iusti  
 secunda est, nisi pietate diuina: ut et ipsa iusticia  
 qua quisque iustus est, deo iustificante iustificetur.  
 Alioquin apud deum ipsa peccata est. Inde est quod  
 ait iob. et innocentem et impium ipse consumit. Con-  
 sumit quippe a deo innocens, quando ipsa innocentia  
 liquidis requisita ad iuue innocentie operata,  
 nichil efficit: nisi et ibi diuine misericordie pietate homo  
 iustificetur. Consumit ite a deo impius quando  
 examinis diuini subtilitate requiritur: eiusque de-  
 lecta impietatis idicata dampnat. Consumit  
 innocens et impius, simul sine carnis: non pena da-  
 pnationis. Doctus pariter et indoctus moriuntur: sed  
 morte carnis non pena dampnationis. Omnia autem  
 pergunt ad unum locum, dum morte corporali iterantur,  
 et iusti et impius reuertuntur. Retributio autem sim-  
 ilis, sicuti perinde salomone dicitur: quid plus habet  
 sapiens ab stulto, nisi quod illuc pergunt ubi ui-  
 ta est. Ergo omnes iteram pariter redeunt, Nam  
 ubi uita est: non pariter pergunt.

**G**emina punitur sententia impius, dum aut



hic p[ro] suis m[er]itis. m[er]itis cecitate p[er]mittit ne iu-  
tatem uideat: aut d[omi]ni i[n] fine d[omi]nabit[ur]. ut de-  
bitas penas exsoluat.

**K** **G**eminu[m] e[st] diuini iudiciu[m]. Vnu[m] quo[m]o[do] & hic iu-  
dicant[ur] ho[m]ines et in futuro: alteru[m] q[uo]d p[ro]p[ter]ta[m] hic  
iudicant[ur] ne illic iudicent[ur]. Ideoq[ue] quib[us]da[m] ad  
purgatione[m] t[er]ralis p[ar]te[m] pena[m]. Quib[us]da[m] uero hic  
iniquat[ur] d[omi]natio a illic p[er]fecta sp[irit]us p[er]dicio.

**K** In iudicio reprobi h[um]anitate[m] x[rist]i i[n] qua iudica-  
to e[st] uidebit[ur] ut doleat: diuinitate[m] uero eis non  
uidebit[ur] ne gaudeat. Quib[us] eni[m] diuinitas of-  
fendit[ur]: utq[ue] ad g[ra]ndium demonstrat[ur].

**K** **P**ro diuinitate[m] scia[n]t[ur] a m[er]itis apparebit iudicio  
x[rist]us electis. et tribilis reprob[is]. Nam quale[m] qu-  
isq[ue] sciam tulerit: tale iudiciu[m] habebit.  
Est in mente in sua tranquillitate x[rist]o: illis  
solis tribit. appareat. q[uo]s scia[m] in mal[is] accusat.

**K** **D**ue s[un]t differentie ut ordines ho[m]inum iud-  
icio. idest electo[rum] & reprobo[rum]: q[ui] t[ame]n diuidunt[ur] in  
m[er]itis. Perfecto[rum] ordo unus e[st] qui cu[m] d[omi]no iudicat  
et alio qui iudicat[ur]. Vtriq[ue] t[ame]n cu[m] x[rist]o regna-  
bunt. Similiter ordo reprobo[rum] p[ar]te[m] in duob[us] d[omi]ni

hij qm̄ in eccliam sūt mali: iudicandi sūt et  
dāpnādi. Qui uero extra eccliam iueiendi sūt  
nō sūt iudicandi: s; tñ dāpnādi.

**R** **P**rimo igit̄ ordo eoz q̄ iudicant̄ et pereunt.

oppōit̄ illi ordini bonoz de q̄ s; q̄ iudicant̄ et

**R** **S**ecūdo ordo eoz qui nō iudicant̄ et regnant.

perit. oppōit̄ illi ordini iustoz: in quo s; hij qui nō iudicant̄ et regnant.

**R** **T**ercio ordo eoz q̄ iudicant̄ et regnāt illi or  
dini eōtrio: de q̄ s; qui iudicāt et pereunt.

**R** **Q**uarto ordo eoz qui nō iudicant̄ et regnāt.  
oppōit̄ illi contrario ordini in quo illi sūt  
qui nō iudicant̄ et pereunt. **de gehemā.**

**D**uplex fundacione celestium: quoz  
Lazaro Galdiano

**R**

**R**

plum ignis gehenne. Nam sic ille ignis nō  
 arsit ad trū pūroz supplicū. ⁊ arsit ad oburē  
 da ligamina uiculoz. ita ignis gehene et luce  
 bit miseris ad augmētū penaz. ut uideāt u  
 nde doleant. ⁊ nō lucebit ad solatōne ne uide

**I**nter hinc uite ⁊ futū i | ant und' gaudeāt.  
 felicitatis miserā: multa discrecio ē. Illic ei  
 et misera ē p̄t cruciatōne dolor. ⁊ tenebre  
 p̄t lucis amethione. Quoz unū in hac uita.  
 idest misera ē. aliud nō ē. In inferno at̄ utriq; ē.

**S**icut fasciculi lignoz *de peluis impioz.*  
 ad obustione de similibz colligunt: ita i  
 iudicij die siml' culpe reos suis similibz uige  
 re. ut ea equo pena cōstringat quasi i fasci  
 sculū: q̄s accio similes fecit in malum.

**S**ic unus quisq; scūs i tūto iudicio p̄ q̄ntitate  
 uirtutū gloriabit̄. ita et unus quisq; impio  
 p̄ q̄ntitate facinoz odēpnabit̄. Hec deerit in  
 supplicio futuro dāpnatōis orde: s̄ iuxta qua  
 litatem eminū. dilatacō erit penaz. p̄phā  
 firmante. q̄ redat̄ iuxta opa sua.

**D**e earoz q̄ suoz supplicijz addit̄ etiā pe

na defunctis: sic apud inferos diuini sermo  
 iudicat euangelicos. Sic pro augendo inde suppli-  
 cio: die etiam psalms comota amoneant filij eius

R **I**mpij ex hoc duris in iudicio et mediet.  
 puniendi sunt nris dolore. ex quo iustum sunt  
 iustos: glie beatitudine meruisse.

R **Q**uictis iudicibus e precipitandis diabolo quando  
 sub aspectu omnium bonorum angelorum et hominum cum eis q  
 de parte eius erunt: in igne eterno mittendus est.

R **D**um sublaty fuerit diabolus ut dappnetur.  
 in terra electi qui in corpore sunt in uenienti: dno ad iu-  
 diciu ueniente metu sciendi sunt: uidentes  
 tali sententia in puu ee puniti. Quo terrore pu-  
 rigandi sunt. qz si quid eis ex corpore ad huc peccati  
 remanserit. metu ipso quo diabolus dappnari  
 conspiciunt purgabitur. Hinc e qd ait iob. Cu  
 sublaty fuerit. timebit angeli. et extriti purgabitur.

R **M**ultos posse pue ex eis in die iudicij: q nunc  
 electi ee uidentur et sci dicente ppha. Vocabit  
 dñs iudicium ad igne. et deuorabit abissim  
 multa. et comedet partem domus. Pars quippe  
 domus deuorabit. qz illos inferno obloretur:

qui nunc in preceptis celestibus gloriantur. De quibus dominus dicit. Multi dicent in illa die. Domine Domine uide in nomine tuo prophetauimus. et in tuo nomine demonia eiecimus. et uirtutes multas fecimus. et conturbabor illis. quia nunquam nouimus uos. Discedite a me qui operamini iniquitatem: nescio qui estis.

**N**on faciet in facio eorum miserum **de gloria sanctorum** uultorum operatione daporatorum condolendi

affectio ubi tamen erit sanctorum de dei contemplatione gaudium: ut iusticie uisum tribuat in totum.

k

**S**ic operatio color candidus nigro coloris fit pulchrior. ita et sanctorum requies operatio daporatorum malorum gloriosior erit. Sic iusticia in iusticie: sic uirtus in uicio crescit. Ergo sanctorum crescit gloria: dum debita daporatorum impij pena.

k

**P**ost rationem sanctis in carne promissa est celorum ascensio. dicente ad patrem christo. Volo ut ubi sum ego. et ipsi sint mecum. Si enim membra capitis sumus. et unum in se et in nobis est christus: utique ubi ipse ascendit. et nos ascenduri sumus.

Explicit liber primus. Incipit liber secundus.

- D**e sapientia. *xxxviii.*  
 De fide. *xxxviii.*  
 De caritate. *xl.*  
 De spe. *xl.*  
 De gracia. *ibid.*  
 De predestinatione. *xlvi.*  
 De conuersis. *ibid.*  
 De primordiis uersoz. *xlvi.*  
 De conflictu uersoz. *xlvi.*  
 De remissa uersione. *xlvi.*  
 De exemplis scōz. *xlvi.*  
 De compunctōne cordis. *xlvi.*  
 De confesione p̄cōz et penitencia. *f.*  
 De his q̄ a deo delerunt. *ibid.*  
 De his qui ad delictū p̄ lacrimas reuertuntur. *lv.*  
 De peccato. *ibid.*  
 De leuioribz p̄c̄is. *lv.*  
 De grauioribz p̄c̄is. *lv.*  
 De manifestis occultisqz p̄c̄is. *lv.*  
 De p̄c̄i amore. *ibid.*  
 De p̄c̄andi necessitate. *lv.*  
 De p̄c̄andi consuetudine. *ibid.*

- De peccati recordatione. lxxi.  
 De cogitatione. ibid.  
 De conscientia. lxxii.  
 De intentione mentis. ibid.  
 De sensibus carnis. lxxiii.  
 De sermone et de peccato lingue. ibid.  
 De mendacio. lxxiv.  
 De iuramento. lxxv.  
 De iuribus. lxxvi.  
 Quod ex iuribus iura ex iustitiis iustitias oriuntur. lxxvii.  
 De male usibus iustitiis. lxxviii.  
 De simulatis iustitiis. lxxix.  
 De appetitu iustitiae. lxxx.  
 De signis iustitiam aduersus iura. lxxxi.  
 De superbia. lxxxii.  
 De fornicatione. lxxxiii.  
 De continentia. lxxxiiii.  
 De cupiditate. lxxxv.  
 De gula. lxxxvi.  
 De ebrietate. lxxxvii.  
 De abstinentia. lxxxviii.



omnis qui scdm deum sapiens e:  
 beatus est. Bta uita: cognitio  
 diuinitatis: uirtus boni opis e.  
 Virtus boni opis: fructus eternita-

Qui scdm scdm sapiens e: scdm  
 deum stultus est. Unde et ppha. Stultus in qd  
 factus est omnis homo: ab scia sua.

**P**rimum e scie thidm: querere deum. De  
 inde honestate uite. cu innocencie ope.

**N**ullus sapienciam dei plene recipit: nisi q  
 se ab oi abstrahere accdmu cura contendit. Unde  
 et scriptu e. Sapiencia scribe in tempore ocu.  
 et qui minorat actu. ipe pcepit eam.

**N**on ad parue intelligentie arcu puenisse. qui  
 scit secreta dei: se penetrare non posse. Tunc  
 aut recte deum cognoscimus: qndo eu pfecte  
 scire nos denegamus.

**I**ntendiu. quedam nescire ouenit. Nullus at  
 in culpa maior est: q ille qui deum nescit.

**I**nuestigatone ueri: multoz e qre. set  
 paucoz est inuenire. Ea aut que supra ho  
 mines intelligentia st: scrutada no sut.



- K** Quidā supra hōis intellectū est: quēdum  
 nō ē. Consilio autē dūmo seruandū est. ut  
 hoc credat eē iustitia: qd̄ diuine uoluntati  
 placuerit. Non potit eē in iustū: qd̄ uulto cō  
 placet iudici. Omnis sapientia. scia et opina  
 cōne silitit. Melior ē autē ex scia ueniens: q̄  
 ex opinatōe sententia. Nam illa uera ē: ista du  
 bia.
- K** Ad maioris culpe cumulū p̄tinet. scire q̄quā qd̄ sequi debeat: et sequi uolle  
 qd̄ sciat. Hinc et d̄ns. Seruus inq̄d sciens  
 uolūtate d̄ni sui et nō faciens: digne pla  
 gis uapulabit mlt̄is. Et iacobo Sciens in  
 quid bonū facere et nō faciens: p̄c̄m ē illi.
- K** Simplicitatē cū ignauiā: uocari stulticiam.  
 Simplicitatē uero cū prudētia: uocari sapiētiaz
- K** Vale est mlt̄a scire: et recte uiuere. Quod si ut  
 unq̄ nō ualemo. melis ē ut b̄n uiuēdi stu  
 dium: quam multa sciendi sequamur.
- K** Non p̄tinere ad b̄nitudinē sequendā. sciam  
 rerum. Nec ē b̄n mlt̄a scire: s̄ eē magnuz  
 b̄nē uiuere. Hic̄ prodelle oēm scire prudētia:  
 cum ignorantia dei. Et mch̄ ob esse scientibz

deum: cū ignorata mōdi. Perfecte autē scit qui  
deū pociō, et ista nō pro se, s; pro deo scit.

**R**ich ob eē cuiquā si p̄simplicitatē aliqua de  
elemētis indigne sentiat dū in deo, uera  
p̄nunciet. Nam quāuis de in corporeis cor  
poreisq; natīs neqat quisq; disputare: b̄m  
tū facit illū uita recta cū fide. *de fide.*

**N**on posse ad uerā b̄titudinē puenire:  
nisi p̄ fidem. Beati autē eē. qui r̄ rec  
te credendo b̄n uiuit. i b̄n uiuēdo: fidē rectā

**D**eus si credit̄ m̄to: in uocat̄ et custodit.  
queritur. Ac p̄ hoc tūc p̄fē laudat̄: q̄ndo r̄ credi.

**N**on tū id credendū est qd̄ sensu carnis dig  
noscam; s; magis etiā qd̄ in intellectu mentis  
conspiciam; id est deum.

**S**ine fide nemo potest placere deo: oīne enī  
qd̄ nō ex fide p̄c̄m est. fides nequaquā in ex  
torquet̄. s; rōne, atq; exemplis suadet̄. Quib; autē  
exigit̄ uolent̄: p̄seuerare in eis non pot̄.  
Exemplo ut ait q̄dam nouelle arboris: cuius  
siquis cacumē uolent̄ i p̄sserit. de uno dū laxat̄  
in id qd̄ fuerat confestim reuertitur.

**R** Sic homo libere arbitrio ordinatus. sua sponte diuertit a deo: ita ex ipsa mentis confusione credendo redierit ad deum: ut liberius agnoscat arbitrium propriam uoluntatem. et beneficia unum gratie per acceptam fidei ueritatem.

**R** In corde respicit deum fidem: ubi se non possunt homines excusare. quod ore simulat uitae professionem et corde reprobatur erroris impietatem. Sic nichil proficit fides quod ore retinetur. et corde non creditur: ita nichil proficit fides quod corde tenetur. si ore non profertur. De tali enim fide propheta ita quosdam obmurgat dicens. Perit fides ablata est fides: de ore eorum. fides enim quod corde creditur: confessione oris ad salutem profertur.

**R** Vacua est sine operibus fides. et frustra sibi de sola fide blanditur: qui bonis operibus non ornatur.

**R** Qui crucem portat: debet mundo mori. habere crucem. mortificare se ipsum est. ferre et non mori simulatio hypocritarum est.

**R** Qui per fidem cognitionem dei habuit et operibus obsecratur: exemplum balaam secum. qui cadens ope. apertos oculos habuit. per streperatorem fidem.

**R** **Q**uoniam carnales fide non per uirtute animi: sed per comodo  
querere temporalium. Unde et dicit dominus. Qui uideris me non  
quod uidistis signa: sed quod manducastis de panibus.

**R** **V**eritas magis dum scilicet euangelij doctrinam  
non uiuit. etiam ipsam fidem quam uelociter colit:  
ab omni temptacione facile perdit.

**R** **M**ulti de fide tantum uerum sunt: ope uero christi  
ana doctrina dissentunt. Multi quoque fide christi  
ex corde non amant: sed humano terrore eadem  
per ypocrisis tene se dissimulant. Et qui esse  
non possunt aperte mali: per terrorem fide boni nos

**R** **A**matores mundi pugnant aliquando cum  
fide: et alijs quidem proficiunt. Spiritus uero amore  
terreno implicati. celestia non requirunt: sed uerbo  
tamen fidem defendunt.

**R** **Q**uidam pro fide etiam hereticos insecuntur: sed  
perrogantiam eos qui in terra ecclesiam sunt contemp  
nunt. Ad uisarios quidem operantur per infidelitatem  
: sed fideles premunt falce superbie. **De caritate**

**Q**uoniam uerus non nulli fide atque operibus scis  
uideantur esse pauperes: tamen quod preuancur  
acariante fratris dilectionis. nullum habent in animam

enim iustus. Nam sic ait apłs. Si tradidero  
 corpus meum ut audeam: caritatē nō abiuero.  
 michi in prodest. Sine amore caritatis. quus  
 quisq; recte credat: ad beatitudinē puenire  
 non potest. Quia tanta est caritatis uirtus.  
 ut etiā pphā et mīrū sine ille michi eē credat.

**K** **N**ulū p̄mū caritati pensat. Caritas em̄  
 uirtutū ōium obtinet principatū. Unde et  
 uinculū p̄tōnis caritas ab apłō d̄r: eo qđ  
 uniuē uirtutes ei9 uinculo religunt.

**K** **D**ilcō dei: mori opat. Dicente salomone.  
 valida ē ut mors dilcō. Idcirco qđ sic mors  
 uolentē sepat aīam a corpore. ita et dilcō dei  
 uolentē segregat hōiem. a mūdano ⁊ carnali

**L** **Q**ui dei p̄cepta ostepnit: deū non amore.  
 diligit. Neq; em̄ regem diligimus. Si odio le  
 ges ei9 habemus. Tenenda ē cū scīs uirtis: u  
 uitas caritatis. Et quanto se quisq; subtrahit  
 mūdo. tanto p̄p̄ ē ut se societ bonoz osercō.

**L** **C**aritas in dilcōne dei ⁊ p̄ximū constat. Se  
 ruat aut̄ in se dilcōne dei: qui a caritate  
 non diuidit p̄ximū. Qui a fr̄na societate se

cernit.

cernit: adiuvne caritatis participat. Nec  
poterit deum diligere: qui nolit in proximi dilec-  
tione errare. Xps deus et homo. Totum ergo ap-  
istum non diligit: qui hominem odit.

**R** Bonorum discretio est non odire plenas: sed  
culpas. Et recte dicta pfallis non sperare sed pro-  
bare. Qui in pccati sunt in dei amore. sepe se auctis  
separe disponit. Sed pondere iniquorum gravati:  
tursus ad ea iniqua quae optant relinquere volunt. *de*

**Q**ui male agere non desistunt: vana spe *spe.*  
indulgentiam de dei pietate requirunt. Non  
recte querent: si ab actioe prava cessarent.  
Metuendum valde est ut neque plerumque venie  
quia permittit deus perseverant peccemus: quia  
neque iuste peccata distinguat veniam desperemus.  
Sed utroque periculo evitato. et amalo de deum  
et de pietate dei veniam speremus.

**R** Omnis quippe iustus spe et formidine vite: quae  
nunc illum ad gaudium spes erigit. nunc ad for-  
midinem terror gehene adducit. *de gra.*

**S**tendum peccantibus nobis: sua dona deus  
non retrahit ut ad spem diuine piciationis.

mens humana surgat. Nam non potest conuersum sperare: que peccante suis beneficiis promouat ad se redire.

**R** Confessionem hominis: non esse humane uirtutis. Nam si confessionem boni operis non in nobis deus operatur: cur per prophetam dei, confessio et magnificentia operum eius: Ab illo ei nobis omnia beneficia proueniente donant. Nam nichil boni operis dedimus. per quod confessionem fidei accipere mere

**R** Profectus hominis: donum dei est. **R**em. Nec a se potest quisquam: sed a domino corrigi. Non erit quicumque bonum habet proprium homo: cuius uia non est eius restante propheta. Scio dicit quod non est hominis uia eius. nec iuri est ut ambulet. et dirigat gratia

**R** Sciant liberi arbitrii defensores illis suos nichil posse in bonum sua proualere uirtute: nisi diuine gratie sustentet iuuamine. Unde et per prophetam dominus dicit. Perditiis israel tantum in me auxilium tantum. quasi aperte diceret: ut perdas tuo merito. et salueris meo auxilio.

**R** Omnis meritum. supra gratia non ut ueniat inuenit: sed postquam uenit facit. adque ad idig

nam mentē ueneris. facit in ea mutum qđ  
 remunerat: que solū in ueniat qđ pueret. Ad  
 eū ex se ille latro meruit: qui de faucibus diabo  
 li crucē ascendit. de cruce paradisum adijt. Re  
 quidē ille et fratio sanguine uerit eruenty: s  
 diuina grā. in cruce est mutato.

**R** Sciendū qđ et uia sit iusticia in hijs q̄ recte  
 agunt et dei grā: eo qđ eam mereant. Hec ei  
 et dantis dei. et accipientis ē hōis: sicut et panē  
 nūm dicunt qm̄ tñ ad eo accipe postulam.

**L** Spat grā nō oīmbz distribuit: s̄ tantum in  
 electis donat. Non enī oīum est fides. Quam  
 licet et si plūm suscipiūt: opo tñ fidei nō osecu

**R** In dione donoz diuili p̄cipiūt diuila ut.  
 dei munia: nō tñ ocedunt unū oīa. ut sit p  
 hūilitatis studio. qđ alt̄ admiret̄ in altero. Nā  
 qđ in ezechiele aialū ale altā ad alterā p̄u  
 ciunt uirtutes designant: scōz mutuo sese  
 affectu puocantū. atq; alt̄no exemplo: i unce  
 sese erudientū. Omnia grāz alij illa. alij  
 uero donant̄ illa. Nec dat̄ ita h̄re unū ut non  
 eget altero.



**K** **N**olle fieri non est dubium: ut hi quos quidam  
 uirtutū excellentia antecedit. dei repentina p  
 uentia gratia quosdam opedio scitatis preueniant.  
 Et dum sit uisione postremi: subito efficiunt  
 uirtutis culmine primi.

**K** **D**um quisque aliquid donū accipit: nō appetat am  
 plius quā quod meruit. ne dum aliis membri officii  
 um arripe temptat. id quod meruit perdat. Con  
 turbat ei corporis ordinem totū: qui nō suo ostentat  
 officio. subripit alienum. Mali dona ideo ad adu  
 nationem accipiunt: quia illi nō ad dei laudem: sed ad  
 suam uanitatem utuntur.

**K** **B**onus male utuntur qui ea quae a deo illis donata  
 sunt. in malos usus assumunt: sic ingenium sic cetera dei

**K** **Q**uia dei dona gaudeamus: quae nos ab eo dona  
 precepisse cognoscimus. Nam quod sapientes sumus  
 quod potentes existimus: nō aliis sed potius diuino  
 munere sumus. Ut autem gaudere diuina beneficia:  
 quatenus in deum nō peniteat dedisse et nobis accepisse

**K** **A**uferre deus dicitur homini donū aliquid sit utile.  
 quod homo non habuit: id est quod accipere nō meruit.  
 Sic et obdurare dicitur deus hominem: nō eis facien

do diuiciam, s; non auferendo eam, quia sibi ipse  
mittunt. Non alit et obcecari d; deo quosdam:  
no ut in eis eandem ipse cecitate faciat, s; qd pro  
eorz in utilibz meritis cecitatem eoz ab eis ipse

**P**leriq; dei dona dant, p;seuerant, no auferat.  
na uero dom no dat. Et inde est qd quida pri  
cipia hnt ouersionis bona; sine uero malo cla  
udunt. Electi uero accipiunt, et ouersionis do  
num; accipiunt et perseuerantia dom, s; g; ei est  
q; quida et bn i cipuit et bn finit *de predestina*

**O**mnina e predestinatio, siue electoz *ad*  
ad requiem; siue reproboz ad morte utraq;  
diuino agit iudicio; ut semp electos sup et  
intiora sequi faciat; sempq; reproboz ut infima  
et extiora delectent deserendo p;mittit.

**S**ic ignorat ho tinnui lucis et tenebray ul  
utroq; rei quis finis sit, ita pleriq; nescit; quis  
ante suum finem luce iusticie preueniat, ul  
quis p;ccoz tenebris usq; in suum tinnuum  
obscuret, aut quis p; lapsum tenebray quibz  
resurgat ad luce. Quia h; do patet hoi no latent.

**Q**uamuis uultoz glacio in hac uita pbabit sit.

incertū tū hōibz est: ad quem sit finē p̄desti  
nati: s; oia reseruari sūtō examini.

**R**

**Q**uia dispositio ē sup̄ne distributōis. p̄ q̄m  
hic iustus amplius iustificat̄. & impius amplius  
sordidat̄. Malus ad bonū aliquādo conuertit̄:  
bonus ad malū aliquādo reflectit̄. Vult quis  
ēē bonus & nō ualet. Vult alter ēē malus. &  
nō ualet nec p̄mittit̄: m̄t̄ne dat̄ ei qui uult  
ēē bonus. Alius nec uult nec ei dat̄ ut sit bonus.  
Iste nact̄ in errore et morit̄. Ille in bono  
q̄ cepit. usq; in finē p̄durat. Tandē ille  
stat: quo usq; cadat. Ille diu male uiuendo  
infine saluat̄: respectuq; ḡuit̄. Vult p̄desse  
in bono iustus: nō p̄uilet. Vult nocere malus:  
et ualet. Iste uult deo uacare. & sc̄lo impedit̄.  
Ille negocijs implicari cupit. nec p̄ficit. Diu  
malus bono: bonus dāpnat̄ p̄impio. Impius ho  
norat̄ p̄uultō. Et in hac tanta obscuritate nō  
ualet hō diuinā p̄seruari dispositōem. et oc  
cultū p̄destinatōis p̄pendē ordinem. **De con**

**Q**on incoantibus p̄m̄eum p̄mittit̄: **uersis**  
s; seruantibus dat̄. sic scriptū ē. Qui p̄

seuerauerit usq; in fine: hic saluus erit. Tunc  
 enim placet deo inuersione: quod bonum quod in  
 choano. p[er]seuerantia sine op[er]e. Nam sicut  
 scriptum est. Ne eis qui sustinentia p[er]didit  
 id est op[er]e bonum non consumauerunt.

**K** Indulgencia peccatorum sciendum: ubi. quando ut  
 qualibet dat. Vbi quippe nisi in terra catholicam ca-  
 tholicam. Quando nisi ante uentum exitu dicit.  
 O ma ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies  
 saluas. Qualibet nisi uertis. quod plurimam ad  
 paruulorum transeunt imitatioes. De quibus  
 dicit. talis est enim regnum celorum.

**K** Nemo p[er]pendere potest quanta sit ponderis iusti-  
 ticia. uel quanta fulgoris radio iusticia clareat:  
 nisi qui prius toto mentis nisu uertat ad  
 deum: quatenus ipso lumine quo illustrat. et  
 suam fedicitate agnoscat. Vnde quod cetero corde  
 non inuebat intelligat. Tunc autem inadungibile in-  
 telligi posse diuinam iusticiam dicitur ea quibus  
 sequi omnes temptant: quod lux non intelligit. nisi cum

**K** Iudicium quod in hominis potestate consistit. uidet.  
 questionis est gratia: per quam nos metipos in

dicamus quando flentes mala nostra punimus. et  
bono quod ex deo nobis est. solidius inhaeremus.

**K** **T**ripartitum describitur esse unum cuiusque querli pro  
fectum. id est primum corrigendi a malo. secundum  
faciendi bonum: tertium consequendi boni operis pre  
mium. Nam quod ait propheta. Solue fasciculos  
depimentes mali est emendatio. Ad uero adie  
cit frange esurienti panem tuum: operis boni est actio.  
In eo uero quod subiungit. tunc eripet macula  
nisi lumen tuum: operis boni est retributio. Ergo non  
proficit facere bonum: nisi correctum fuerit ma  
lum. Nec potest quisquam ad contemplationem dei  
perficere. nisi se prius in bonis se studuere actibus

**K** **Q**uibus modis tunc dicitur deus homines. | carere.  
ut ut sero uertant. Atque ex inde magis er  
ubescant quod tam diu expectati sunt ut redi  
rent. Nam nunc minus. nunc plagis: nunc re  
uelationibus quosdam uertit. ut qui uoluntate  
sua despiciunt: commoti timoribus corrigantur.

**K** **P**lenaque ex sola mentis deuotione uertuntur ad  
deum: non nulli uero coacti plagis uertuntur: qui  
ex deuotione non uertebant iuxta capitulum

psalmi dicentis. In freno et dyamo maxillas  
 eorum stringe: qui non appropinquat ad te. Plerique autem  
 dum deuotione non quertiunt: plage ihesus ferunt  
 nisi. Qui tamen nec sub uerbo sentiunt. ut aliqui  
 tunc corrigantur. sic egyptus qui et penas luit:  
 et emendari nequunt. De talibus enim ait pro-  
 pheta. Percussisti eos et non doluerunt: atque uisti eos  
 et reuenerunt suscipe disciplinam.

**K** Non nulli uiri sanctiores elatione mentis tume-  
 ntes: per modum quasi ad deum. religiosa secuntur obe-  
 dientia christum. et quam antea celsitudine mundiali  
 timebant: postea ipsam elationem in studio huius-  
 litatis commutant.

**K** Quidam sunt qui iam secreto uersi sunt. Quorum  
 uersio quae non procedit ad publicum. apud extima-  
 tionem humanam quales fuerunt tales ad huc esse  
 putantur: iam tamen in dei oculis surrexerunt. Item  
 quidam ad huc humano iudicio stare cernuntur:  
 iam tamen in dei oculis ceciderunt.

**K** Multi apud homines reprobis sunt. et apud deum electi.  
 Atque item multi apud homines electi putantur: et  
 apud deum reprobi existunt Salomone dicente.

Vidi in quibusdam impios sepultos. Qui cum ad  
huc uiuent in loco scō erant. ⁊ laudabant  
i ciuitate. q̄i iustoz aie. Nullo ḡ se putet dec  
tum: ne forte iam apd̄ d̄m sit rep̄b̄. *De p̄mo*

**T**rimodū est gen̄s ouersio *dijs iustoz*.  
Omis ad deū: inuocōnis cū dulcedine. me  
dietas cum labore: p̄fōnis cum requie. Sz  
cū plerunq; alij incipit ad dulcedinē: alij ad  
temptationi amaritudinē. *Q*

**O**mis ouersio ante ex fletu inchoat p̄cōz. et  
lit transeat ad desideriiu iustoz. P̄ nō enim  
lacrimis purganda sūt uicia q̄ gessim̄a tūc  
inuidata mentis acie id qd̄ q̄rānḡ o templem̄.  
Ut dum ante fletu p̄cā auob̄ caligo deter  
git: mundans cordis oculi libe sup̄na inspiciāt.

**A**nte necesse ē timore ouersi ad deū: ut me  
tu futuraz penaz: carnales illecebre denunc  
ant. De inde oportet abiecto timore: ad amōre  
uitę eterne transire. Perfeta enī caritas:  
foras mittit timorē. Qui aut̄ timet: penam  
h̄t ⁊ nō est p̄fecto. Unde et ap̄s. Non ei accep  
it̄s sp̄m̄ seruitutis n̄erū in timore: s̄ accipi

his spm̄ adoptōis. p̄ quē scilicet iam nō p̄ccī  
pena seruos oprimit: s̄ amor iusticie hōs redidit.

**R**ecessit est oī ouerso. ut p̄ timorē cōsurge  
ad caritatē dei debeat q̄i filij. ne semp̄ sub a  
more iacet q̄i seruo. Tunc eī amorē n̄re con  
uelatōis ostendimus. si demmo ut p̄rem dili  
gimus: quē p̄rio seruuli mente uere ut do  
minum formidamus.

**R**rimordia ouersōz. blandis refo uenda sūt  
modis. Ne si ab asperitate icipiat. ex t̄m̄: ad  
p̄iores lapsō recurrat. Qui eū cūsum sine  
lenitate erudit: exaspere potis q̄m corrige

**R**onuersō quisq̄ antea ab ope nouit.  
corrigeudus ē. postea uero a cogitatōe: ut p̄rio  
refrenet p̄uui actū. deinde appetitum ut  
delictū. qd̄ iam in ope nō apparet. in cogit  
acōne nequaquā p̄duret.

**R**ois noua ouersio. ad huc p̄stite uite h̄t  
conuersionem. Propterea nequaquā ea uirtus p̄ce  
dere ad hoīm oclōs debet: donec ouersatio  
ueto funditō ab animo extirpet̄.

**R**quisquis ex deteriore iam melior ē cepit. et



ueat de acceptis extolli uirtutibus. ne grauius per  
 uanam gloriam corruat: quia prius per lapsu uicio  
 rum iacebat. *De officio uersor.*

**Q**uisquis uersor si mox omnes carnis stim  
 ulos calcare cupiat. et summa uirtutum  
 subire ostendat: si forte ad huc aliqua aduersa  
 de carnis molestis tollerari non frangat. Quia  
 dispensator bonorum nouit aduersitatis reprimere  
 uicium: successione uirtutum.

**K** **T**unc magis grauari se quisque in pulsu uao  
 rum agnoscit: dum ad cognitionem: de accesserit.  
 Sic populus israel grauiori honore ab egyptiis promit  
 tur: dum per moysen diuina illi cognoscitur. Vicia  
 enim ante uisionem: quasi pacem in hunc hant. Qu  
 do autem expelluntur: acriori uirtute conseruunt.  
 sunt autem inimica uersor qui peccatori per se blan  
 diebantur: atque item sunt blanda uersor.  
 qui peccatori ad uerba extiterunt.

**K** **M**ultos habet officios desiderium: ex recorda  
 tione operum peccatorum. multique per uersiones  
 etiam uolentes: motu libidinis sustinet. Quod  
 tamen ad damnationem non tollerant: sed ad pro

lacionem. Saneet ut semp hant pexenciã  
 in ertia hoste au resistant dũ m nõ glencit.  
 Unde et nouunt seru dei se etiã apões iã eẽ  
 mudatos; s; tũ cogitãõũ turpiũ ad huc in  
 terpellãõne pulkari.

**R** Ante ouersionẽ pcedit turba pccõz; põ con  
 uersionẽ seqt turba temptãõũ. Illa se obi  
 ciunt ne ad deũ gũtamur; illa se ingerunt  
 ne libis cordis oculis deũ cernamus. Vtrũq;  
 tantũ in solenciã nob gignit; intentioneq;  
 nãam sepe fraude inũmoda in tcludit. Vale  
 est dei seruo põ conuersionẽ temptari. quate  
 us atorpore negligencie solitantibus inas  
 adũntes aũum pexericiũ iparet uicioz.

**Q** uos remissa conuersio: *de remissa cõ*  
 in pristinos errores reducit: *uersione*  
 ac uiuendi torporẽ resoluut. Hoz ergo exe

**R** eptõs in ouersione ociosa | inergans.  
 uerba et uanas cogitãões. noxiasq; non  
 conspiciat. Ad si atorpore mentis euigilãũt:

ea quæ leuia extimabit, confecti quæ onerata atque  
 atrociter perimiescit. Fraus et desidia in omni  
 bono ope formidanda est. fraudem facimus deo:  
 quocies de bono ope nostro: nos metipos non  
 deum laudamus. Desidia agimus: quocies pro  
 parte languide ea que dei sunt operamur.

k

**O**mnis ars scilicet huius. strenuos amatores habet,  
 et ad exequendum promptissimos. Et hoc proinde  
 sit quod presentem habet operis sui remunerationem. Ars  
 uero diuini timoris, plerumque habet sectatores:  
 languidos et tepidos pigritie merca congelatos.  
 Et hoc proinde quod labor eorum non pro  
 presenti, sed pro futura remuneratione differunt.  
 Ideoque dum eorum laborem mercedis retributio non  
 statim consequitur: spe pene dissoluta languescunt.  
 Unde et magna illorum gloria preparatur  
 qui bone consuetudinis uite principia: augmento  
 solidiori consumunt. Atque eo ad promerendam  
 remunerationem clariores preparantur: quo firmi  
 dum timentis labores et ideoant et solunt.

k

**Q**uidam primo consuetudinis calore: ad uirtutes  
 sese accingunt. Accedente uero progressu,

dū imoderate cōrens rebꝫ i cumbūt: pūitūe  
infirmitas appetitū obscurant. Unde et dñs de  
bonis seminibꝫ dicit. Ad autē cecidit īspi  
ritus hꝫ sūt qui auduit uerbu dei. et solia  
tūdines sc̄i uel fallacia diuiciarꝫ suffocant  
uerbu: et sine fructu efficiunt.

**R**up nisi uequaꝫ debent in curis extioribꝫ  
puehi. Nam si implicent osteli q̄i plantata  
arbutūda: nec dū radice p̄fixa sc̄uauit parit

**V**aleat interdū oueris p̄s̄e et arescunt.  
salute. mutatio loci. Plerūq; ei dū mutat  
locꝫ: mutat et mentis affectꝫ. Congruū  
ē ei inde etiā corpali euelli: ubi quisq; ill  
cebris deseruiuit. Nam locꝫ ubi prauie quisq;  
nū: hoc in aspectu mentis opponit. qd̄ semp  
ibi ul̄ cogitauit ul̄ gessit.

**A**D conuersionē seu correptionē  
mortalium multū prosunt exempla bon  
or. Nam nisi p̄ cetā p̄cōrꝫ exempla: mores  
mchoantū nō queunt p̄ficere ad b̄nūuen  
dū. Rep̄bi autē nō attendūt documēta bo  
noz q̄ imitent ad meliꝫ: s̄ p̄ponūt sibi exē

empla maloz. quibz ad suoz moz per  
ueritate uitantur in peius.

**k** **O**b hanc utilitate scribunt scōz ruine  
rephatōnes: ut spē faciant salutis hūane.  
Ne quisquā p̄ lapsū penitendo desperet  
ueniā: dū aspiciat scōz reparatōem fuisse etiā  
